Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

November

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

j. 5. 64.

NOVEMBER:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

449. Margarethæ Zecchij relictæ Viduæ Petri Comitis Archi

Generosa deuota nobis grata Ex literis tuis Clementer accepimus, quæ in te Generosum f. n. d. Ladislaum Poppel à Lobkowitz pro Mag.cor et Nobilium f. n. dilectorum Eckij Comitis à Salmis et Newenburg, et Adami Vngnad Baronis in Sonneg p̄sidio adiutū moliri conquereris. Etsi aūt nos quidem eiusmodi iniurijs et molestijs tibi inferendis illos pro sua in nos fide et obsequio sponte parcituros existimamus: Spectabilis tamen et Mag.cus Comes Nicolaus de Zrynio pro cuius curæ res tuas demandauimus, si quid secus accidat, ope consilio, et patrocinio suo tibi non est defuturus: p̄ter quod in n̄ra etiam authoritate et benignitate, si adhuc te iniquius ab illis tractari senserimus, paratū et Clemens tibi positum est p̄sidium. Datum Viennæ Austriæ 1.a Nouembris Anno p̄ M. D. LXIIII.

450°

Decretum per Imp.rem 2.da Nouemb. Año 64.
Vt Varadien. loco Zagrabien. Epi. Oratione funebrem D.i Ferdi.i Impe.ri habere uelit.

Sacra. Cae.a Mt.s Dominus noster Clementissimus Rm.i Domini Epi Zagrabien. excusationi quais Oratione funebrem in Solemnib. Sere.mi ac potentiss.i quondam Principis Ferdinandi Electi Rom. Imp. augustiss. me. exequijs hic agendis habere se non posse per literas humiliter excusauit Clementer acquiescit, ac proinde ille quidem gratiose exemplo, eiusmodi in munere obeundo Rm.i Epum Varadien. substituendum duxit, dictum Zagrabien. nihilominus omni gra et benignitate complectens.

Maximilianus &c.

451°

Sigismundo Tordae

Quoniam pecunia hoc tempore nobis est necessaria, scribes ad nos illico, Ex Donatiuo Vngarico quantum interea solutum acceperis, quantumue breui speres accipere, ut quod paratum est pecuniae allatum nros hoies isthuc opportunius mittamus. Ages in hoc ex benignissima voluntate

tate nra qua te sēper complectimur. Datæ Vien:
ne 5ta Nouemb. Anno M.D.LXIIII°

Cardinali S. Clementis

452

Maximilianus &c. Serm̄ ac potentiss. Principem ac
Dominū Ferdinandum Electum Rōm. Impe: patrem
nrum amantissimum, Sacratiss.mæ et fe: me: quantū
V. R. Pat.tus amarit, quantoq; studio et obseruantia sit
uiuum prosequuta, quæ mortem eiusdem tantopere
doleat atq; lugeat, si nulla alia indicia, quæ tamen lo:
plura hēmus, uel ea sola doloris significatio, per lrās
nobis suas contestata, abundantem et pclarā apud Nos
fidem faceret. Accipimus igitur eiusmodi pietatis
officium eō amantius et beneuolentius, quo studij
Rmi. Pater.tis V. ab eodem D. Parente nro in Nos pe:
nitus iam deriuati Syncerius penes nos extat testi:
monium, tam hinc, quam ex affectus plena ista de nra
in Imperio successione congratulatione, nihil uicissī
omissuri, quo in Rmā Pater.tem Vrām, eiusdemq; fami:

liam nobilē

liam nobilem, quem ob hanc in Nos fidem et deuotionē me:
rentur, amor noster mutuus et beneuolendi desiderium
abundantius aliqn̄ et fructuosius sese exerat. Valeat
eadem R. P. V. Datū Viennæ XIII Nouemb. Anno
M. D. LXIIII.

Ad Summum Pontificem

Sanctiss. ac Beatiss. pater Domine Rmo. Post deuotam
453 comendationem filialis obseruantiæ continuum incremen:
tum. Pium istud et uere paternū officium, Vrā quod Stus
per Venerabilem Epūm Vintimiliensem de Sacmi Impe:
ratoris Diui Ferdinandi feliciss. me: patrui et soceri
mei pientissimi obitu tam amanter condolendo mihi de:
claratum uoluit, quamq̄ à cæteris eiusdem Vræ Stis
compluribus charitatis et affectus paterni pleins testi:
monijs, q̄ cum in hanc Inclytam Domum nram Austri:
acam, tum in me singularia etiam extant, nihil est alie:
num, me sanè (fateor) multis nominibus Vræ Sti reddidit
obligatam. Quando aūt Deo immortali uisū

est

est Animam illam benedictam, quæ ueræ et intemeratæ religionis ó pietatis exempla tàm uiuens, quã moriens planè innumera de se edidit, ex hoc orgastulo ad se euocare, Nos sanè id unum modò à Deo piè et indesinenter expetimus, ut, qui huic eidem animæ sumus superstites, nos eiusdem sanctis et innocentibus uestigijs, insistentes, uitam etiã et actiones eius piè referre atq; subsequi diuina bonitate adiuti continuò possimus. De altero porro officio, quod mihi idem Epũs Vintimilien. Vrã S.tis nomine, de S.æ Cæs. M.tis Coniugis nri charissimi in Imperij successione tam beneuolenter congratulatus est, grãs eidem Vrã S.ti reuerentes habeo; hoc ei certo asserens, nullũ me uerè deuotæ, et Vrã S.tis istiusq; Sacrosanctæ Sedis Apostolicæ reuerentissimæ filiæ officium in me unq; desiderari uicissim esse passurã. De cætero Deus imortalis Vrãm S.tem perpetuo felicem conseruet. Datæ Viennæ xiiij. Nouembris. Anno M.D.LXIIII.

454

Maximilianus &c.

Comiti Hippolyto de Turcis.

Eguidem probè te adhuc meminisse arbitramur, quid inter cætera, cum de absoluendo Serenis. Dnæ Barbaræ Sororis nræ charissimæ, cum Ill.i Duce consanguineo nro char.mo Principe tuo coniugij tractatu ageretur. de aulica eiusdem Sororis nræ familia statutum apud Nos haberemus: Nimirum, ut liberum relinqreretur eius Dil.ti. Germanorum ne an alterius Nationis hominum ministerio uellet in aula sua uti, capite et speciali pactis dotalibus inserto fuisse cautum: ueru hoc, cum tu auferri tantopere cuperes, apud Interioris nri Consilij in hoc delectos, Consiliarios de dicti Principis tui officio ingenuo, sponte illa in re indubie affuturo, constantem et indubitatam nobis fidem faciens nos, ut postea omitteretur, facile acquieuisse,

Ea aut ipsa de re, qa apud d. Principem tuum ia tandem appullisse te conijcimus, breuibus nunc etiã admonendum te duximus: non quidem, quod te, ut

cetera.

cætera, quæ referenda sunt, omnia, ita hoc quoq; eidem Principi tuo fidelissime expositurum, sponte esse quicq; diffidamus; sed ut eo magis tibi curæ sit, ne qua ꝑter initio statim declaratam nr̄am uoluntatem de dictæ Serm.ᵐᵃᵉ Dn: Barbaræ ministeriorum delectu difficultas deinceps moueat? Etenim in hoc princeps quidem tuus aget ex innata suo heroica animi constantia et synceritate: tu uero officium bono uiro plane dignū, nobisq;, qui te solita benignitate complecti nunq; desinimus, magnopere gratum. Datæ Viennæ. XIIII Nouemb. Anno ꝯ M. D LXIIII.°

455° Cardinali de Vercellis.

Maximilianus Ex diui Imperatoris Ferdinandi parentis nr̄i amantiss. augustiss. me: obitu R. P.ᵗᵃˢ V. uera ex pietate obortos dolor, et. qua hunc potissimū eadem R. P.ᵗᵃˢ Vr̄a consolari studet, optima de nobis successore relicto spes et expectatio: arguunt sane sum̄um eiusdem R. P. Vr̄æ in utrunq; nostrum studium et animi deuotionem singularem, Quæ cum in nos quidem iam cum̄ulatiora recidāt,

quod

quod Optimo Imperatore totius Christiani Orbis luctu indesinenti, è uiuis sublato, nos porro singularius amandos et obseruandos susceperit, adaugent certe maiorem in modum nr̃æ erga ipsam beneuolentiam et amorem declarandi occasioni desiderium. Ea ex re tametsi R. P. Vr̃a sponte conijcit, quam grata ab ipsa eiusmodi nobis obtigerint officia, testatum tamen hoc singulariter eidem R. P. V. haud dubiè à nobis relinquetur. Quæ ualeat prosperrime, Datæ Viennæ XIIII Nouemb. Anno ꝑ M. D. LXIIII.°

Maximilianus &c.

456° Aemilio Maluetio.

Priorem nr̃æ in te benignitatem multum confirmat, quē tibi ardens tuum in uiuum obsequium expressit, dolor ex D. Imp. Ferdinandi Parentis nr̃i amantiss. me: augustissimæ, morte conceptus, quem tuæ ad nos literę officiosissimæ testatæ sunt, De Nobis igitur, siquidem nr̃a in Imperio successione spes tibi tanta est posita, hoc tuto polliceberis si quid ad res fortunasq;

tuas tuen:

tuas tuendas deinceps nra tibi Clementia arcessetur, istius tui in nos studij constantissimi eam nos esse ratio: nem habituros, ut Clementiam Diui Parentis nri in nobis repullulantem pclare aliqn tuo et comodo sen: tias. Datæ Viennæ XIIII. Nouemb. Anno M.D.LXIIII.

Cardinali Lotharingiæ.

457°

Maximilianus &c Et dolor ipse, et pia dolendi pro: posita ratio, qua Rma Vra Paterstas ex Sermi ac Potensmi quon Principis Ferdinandi Electi Rom. Imperatoris au: gustiss. me: Genitoris nri amantissimi obitu grauiter sa: ne affici eiusdem cum literæ, tu in id singulariter ad Nos missus Vir spectatæ uirtutis et prudentiæ Joan: nes Vetus Nobis est contestatus, nram sane de Rme Vræ Paterstis Veteri in Nos et totam nram Inclytam Domum Austriacam amore, fide, et studio, plurimis maximisq; in rebus cognito, beneuolam opinionem ma: iorem in modum confirmarunt. Quam igitur ut san: guine ita animi quoq; propensione coniunctam oi antehac beneuolentia et fauore semper complecte:

bamur,

bamur. Rmū Vrām Plam hoc etiam nōie porro amare atq; eius amoris uberiora etiam signa relinquere nunq̃ intermittemus.

Fuit aūt ista quoq; officij et amicitiæ plena Rmæ V. Paterlis nostra de successione congratulatio nobis multo maxime grata et iucunda, Eam ne omnino frustra à se susceptam cum Rma V. Plas tum quæ ꝑterea in nobis modo acquiescere uisa est, reliqua Christiana Resp. sentiant: omni ea paterna et fidelitate et sollicitudine, quam recta Imperij administratio à Nobis exigit (quantum quidem Diuina nobis affulserit gratia) nunq̃ non enitemur atq; studebimus. Valeat feliciter Rs Paterlas Vrā. Datꝫ Viennæ xviii Nouemb. Anno ꝑ M.D LXIIII.

Maximilianus &c.

458° Oratori Romæ

Supplicatum est nobis, ut Federicum peregrinū equitem Bononien. apud S. Stam comendatum habere-

mus

mus, qui quidem cum frem habeat, ex xl. uiris, unum, et is ita male affectus sit, ut de eius morte dubitetur, cupiunt eam dignitatem eius S.tis uoluntate ac gra in p̄dicto Equite retineri ac continuari, idq; eo magis, quod ille Suæ S.tis familiaris existit. Assentimur itaq; ut tu opportune nr̄is uerbis pro eo labores, et quantū quidē honestè poteris, eum auxilio, ad id quod petit, obtinendum, prosequaris. Id tamen ita facere debebis, si alter ille Bononien̄ à Volta, pro quo antea scripseramus, uoti compos est factus. Sin uero, tum ne pro hoc quidem uerbum facias usq; ad ulteriorem nr̄am ea de re informationem. Datæ Viennæ die xxii Nouemb. Anno ꝑ M. D. LXIIII.

Maximilian9 &c.

459°

Comiti Prospero ab Archo,

Significandum tibi esse duximus, diligenter Nos cum Epō Vitimilien. qui à S. D. huc allegatus fuerat, egisse, ut nr̄o nōie, summa qua posset diligentia ac studio

dio, officium suum nobis p̄staret, cōmone faciendo S.tem eius, ut quod plane fore persuasum habemus, promissis staret, et ad primam proximè futuram Cardinalium promotionem, Epūm Delphinū omnino Cardinalem renunciaret. Quare tibi quoq; serio iniungimus, ut q̄sita bona aliqua occasione, nihil ad sum̄am diligentiam in ea re, apud S.tem eius ad exitum deducenda, reliquum facias. Hoc cum R.mis Morono, Borromeo, Constan̄ amicis n̄ris chariss.mis cōmunicabis, illorumq; operam et auxilium, si opus fuerit ad eam rem perficiendam n̄ro nōie requires. Datæ Viennæ die xxii. Nouemb. An.o M.D.LXIIII.o

Literæ passus pro Don Petro de Mendoza.

Maximilian. &c. Vniuersis et singulis Regibus &c. Fauemus benignè Mag.co sincerè nobis dilecto Don Petro de Mendoza, adeoq; Italiam ex aula n̄ra nūc proficiscenti iter etiam expeditius et cōmodius ēe Clementer cupimus. Vos itaq; uniuersos et singulos &c. Datæ Viennæ xxiii Nouemb. A.o 64.o

Regi Poloniæ

Regi Poloniæ

461°

Maria diuina fauente Clementia Romanorū Impe:
ratrix &c. salutem &c. Ser.me Princeps frater et consangui:
neæ char.me A Ser.mi et Potentissimi Imperatoris Diui Fer:
dinandi Sacratiss. et feliciss. me: obitu nobis iacturam
pientissimi Patris incredibiliter lugentibus, pia ista et
fraterni amoris plena consolatio, quam nobis unà cū
literis Vrā S.tis nomine Magnificus Stanislaus Wolshi de
Podhaice Castellanus Rauen. Curiæ Marsalcus, Orator
eiusdem in id huc missus attulit, et exoptata et iucū:
da plane à Vrā Ser.te accidit. Recoletur au:
tem nobis eiusmodi pietatis officium, et quæ huic acces:
sit syncera eiusdem Vrā Ser.tis de Sac.æ Cæs.æ M.tis
in Imperio successione congratulatio ea semper animi
gratitudine, ut omne sororis ueræ et candidæ erga
fratrem studium mutuum Vrā Ser.tas de nobis pol:
liceri sibi quocunq; tempore tutò possit. Cui Vrā
S.ti oīa fortunatissima Deus immortalis euenire perpe:
tuò uelit. Viennæ XV Nouembris Anno M.D.
LXIIII.°

Maximilianus

Maximilianus &c.

Galeatio Cusano

462

Ex literis tuis superioris mensis xxi die ad nos scri:
ptis accepimus Clementer, quæ te necessitas mouerit,
ut Vxorem tuam ipse Parmam deducere susceperis:
Quando igitur ea profectio eiusdem Vxoris tuæ pri:
stinæ ualetudini comodius recuperandæ instituta
potissimum est: eam ut tuo comodo facias. Quin et
ad aulam nram, siquidem ita tibi statutum est,
eodem itinere ut uenias, nos quidem tibi perbenigne
annuimus. De cætero solita in te benignitate pro:
pensi. Datæ Viennæ xxvi Nouemb. Anno p
M. D. LXIIII.

463

Decretum per Imp.rem xxvi Nouemb.
Anno 64. Vt de Eucharistia, quemadmo:
dum per Epum Gurcen. promulgata est
hoc tempore acquiescant.

LXXVII.

Sacra Cæs.a Mt.as Dominus noster Clementiss. iu:
bet Ciuitatis suæ Tirnauienj Legatorum sæpe ite:
rata

ratæ supplici petitioni Clementer responderi. Quoniam ita æquitas ferret, ut de propositis ab ipsa Ciuitate querelis, et supplicatione iamdicta audiendus fuisset, primũ Rmus Dn. Strigonien. Archiepus. Is aũt Suam Cæsam Mtem tantum edocuisset, ex quo dẽphendi facile potest, Sacrosanctæ Eucharistiæ comunionis sub utraq; spẽ usum et administrationem Tirnouiæ ab eius Rma Dne eadem propemodum ratione, qua Viennæ à Rmo Gurcensi Epo promulgata fuerat, esse institutam et publicatam: Mandat itaq; eadem Cæs. sua Mtas ut eiusmodi publicationi hoc tempore illi acquiescant, dum de totius Religionis Capitibus singulis, quid obseruandum agendumue sit in Vniuersa Regnorum et Prouinciarum eius ditione, plene Mtas Sua declaret et statuat. Id quod diuina bonitate affluente breui futurũ est, atq; etiamnũ quoq; sedulo ab ipsa tractatur et deliberatur. Quapropter etiam eius Sac. Cæs. Mtas eidem Magistratui et comunitati Tirnauiensi seriò iniungit, ut moram illam patienter ferant, neq; quicq; interea noui moliãt. Ex equuturi in eo expssam Mtis S. Cæs. Mandatũ et uoluntatem.

Ad Duce.

464°

Ad Ducem Venetum Commendatitiæ pro Gasparo Lodroni Comite ꝑ XXVII huius mensis Nouemb. II°. expeditæ sunt. Illarum literarū exemplum reperietur in Mense Octobri die XIII. A°. ꝑ 64.

Maximilianus &c.
Archiepo Strigonien

465

LXXVIII.

Intelleximus Clementer, quæ V. Deuotio de fidelium nobis dilectorum Tirnauien. delatis ad Nos querelis per literas suas respondit, Quem itaq; admodum nos accepta eiusmodi informatione eisdem Tirnauiensibus nunc respondeamus, quidue faciendum illis imperemus, ex Decreti hisce inserti Latine et Germanice scripti exemplo V. Deuo^tio plenius accipiet: Illud aūt quod antea frequenter adhortati sumus, Vrām Deuot^nem etiamnū benignius et constantius admonitam uolumus, ut eiusmodi scilicet in rebus religionem spectantibus, qua potest comodissima moderatione iden-

tidem

tidem utatur: Siquidem res ipsa nos in dies doceat, Rigore nimio eiuscemodi negotijs adhibito plures euerti q̃ conuerti. Quamobrem fecisset quidem V. Deuotio nihil alienum ab animi nri sententia, si in proponenda iam dictæ Sacrosanctæ Comunionis sub utraq; spe usus institutione, ad exemplum Viennensis publicationis Verbum. (Romana) Ecclia ptermisisset, cum et Catholicam Ecclam appellari suffecisset, q̃ et Romana denotatur: et minus offensi odioso nimium sibi uocabulo nutantiũ animi initio forent: sed paulatim ad frugem eiusmodi rationibus lenioribus reduci possent. Id quod adhucdum V. Di cordi esse inprimis cupimus, nimirũ ne extremas in his partes omnino sequatur. Et Verbo psertim Catholica absq; sdicta additione solo demceps acquiescat: atq; eo modo huius temporis necessitati consulat du feliciora aliquando suppetant remedia. Accidet hoc à V. D. nobis magnopere gratum, eritq; solito eius erga Nos studio et Deuotione dignũ. Datæ Viennæ XXVIII Nouembr Anno M. D. LXIIII.

Decretum per Imp.rom xxviii Nouemb.
Anno Lxiiij Tirnauien. de Comunione
ut sup.

LXXIX. 466

Die Romisch Kayserlich Ayt: Vnnser aller genedi-
gister herr ꝛc. Lasst den Gesandten Irer Ayt: Stat Tir-
nau auff Ir mehrueltig Supplicieren Vnnd anlan-
gen gnedigclich anzaigen Nachdem sich gebüert
hete, das Ir Mt. den Ertzbischoue zu Gran vber ange-
regt Ir Supplicieren, Vnnd beschwerung seines berichts
auch vernemen sollen, Vnnd aber derselb Ertzbischoff
Ire Ayt: souil erinnert Vnnd dargethan, darauss sy
zuuermerkhen, das die publication Vnnd Administra-
tion des heiligen Sacraments, Vnnsers herrn Vnnd
Sälligmachers Nachtmalls Vnnder bayderlay gestalten,
Inn der Substantz vasst der alhie zu Wien durch den Hrn
Bischoff vonn Gurkh beschechnen Anstellung ebenmes-
sig fürgenomen. So ist Ir Khay Mt.
gnedigister willen Vnnd beuelch, das Sy diser zeit also
darmit zufriden Vnnd gesettigt sein wellen, biss das
Ir Khay: Mt: vonn wegen der gemeinlichen Religion

sachen

sachen, wie vnnd waßmaßen es darmit Jnn allen Pun-
cten vnnd Artiggeln allendthalben durch aus Jnn Jrer Khay:
Kunigreich vnnd Lannden zulalten, sich Christlich vnnd ent:
lich resoluieren Erclären vnnd anordnen werden, wel:
che Jr Mt. mit Verleichung Göttlich gnaden in kürtz
wolbedächtig vnnd Gottseligclich zuthuen entschlossen,
vnnd derwegen alberait Jn embsiger Vebung stehen,
dessen dann ain Rath vnnd gantze gemain zu Tirna
geduldigclich Erwarten, vnnd sich hiezwisch annderer
neuerung enthalten sollen. /

Maximilianu &c.

467° Comiti Prospero ab Archo.

In fauorem Magci ac Generosi Comitis Georgij Triuultij,
quid hoc tempore ad S. D. Pont. Max. scribamus et expe:
tamus, ex lrarum nostrarũ exemplo, quod hisce coniunxi:
mus, abunde intelliges: Id ut facilius à S. Ste oppor:
tunis loco et tempore obtineatur, tuam quoq; operã
studium, apud eandem S. Stem sedulo interponi, Clemẽ:

ter uolumus

ter uolumus. Virtutibus enim eius insignibus, quæ de ipso apud nos, magnorum uirorum testimonio p̄dicantur, inducimur, ut Ser.mor filiorum nostrorū Austriæ Archiducū superiori anno pro illo interpositæ commendationi, nr̄am quoq; accedere benigniorem aliquanto annuerimus. Ages igr̄ hac in re pro pristino tuo erga nos obsequendi studio et ardore, quod à nobis Clementia aliqn̄. n̄ra, qua in te alioquin plurimum propendemus, singulariter agnoscetur. Datū. Viennæ XXVIII Nouemb. Anno ꝑ 1564.

468°

Maximilianus &c

Oratori Romæ

Suppliciter Interpellati R.di syncerè nobis dilecti Nicolai Wolsky Ep̄i Vladislauien. et Pomeraniæ, nomine, ut eius deuotionem apud S. D. Pont. Max. n̄ra commendatione in consequenda à S. S.ta facultate

in Vladisla:

in Vladislauien. et Plocensi diocesi beneficia Ecclesiastica in Mense Aplico uacantia conferendi Clementer iuuaremus: Scribimus ea de re ad eandem suam Stam et quoniam tuã quoque operam et studium, si nris accedat lris, illius Deuotio multũ momenti ad id, quod sperat, obtinendũ afferre posse confidit, Volumus etiam te nro noie, negotiũ, qua potes industria et diligentia maiori apud S. Stam promouere et satagere. Feceris in hoc ex nra benigna uoluntate, qua te plurimum complectimur. Datum Viennae XXIX Nouemb. Anno ꝯ 64.

469° Ad Summum Pontificem

Beatissime Pater &c. Ea sunt Virorũ quorundã insignium, de Rdi Syncere nobis dilecti Nicolai Wolsky Epi Vladislauien. et Pomeraniae, virtute testimonia, ut non nra solum comendatione, sed et Vrae Stis benignitate non indignus nobis uideatur: Qua igr in re nra intercessione apud Vram Stam iuuari hoc tempore, à nobis suppliciter expetit, non

inuiti

inuiti desumus. Is aut à Vrā S.tis impetratam cupit facultatem in diocesi Vladislauien. et Plocen. beneficia Ecclesiastica in Mense Apostolico uacantia conferendi, ut et status sui dignitatem comodius conseruat, et seligendis, qui Ecclesiastica munera intentius et accuratius in Ecclys hinc inde subeant, uiris magis idoneis operam suam facilius impendat, In quo sane concedendo V. S.tem paterni illi affectus signu euidentius declarare, nos quoq; eius noie reuerenter cumprimis petimus. Eo enim beneficio V. S.tas illum ad Christianæ Reip: alacrius deinceps seruiendu proq; felici V. S.tis et diuturna gubernatione Deum pcandu excitabit, nos uero, in priori nra erga se obseruantia et studio filiali in dies constantiores ista sua gratificandi nobis paterna uoluntate reddet, Cui eidem Vrae S.ti oia à Deo fortunatissima eueniant. Datum XXIX Nouemb. Anno pro M.D.LXIIII.

470°

Sumo Pontifici

Beatissime Pater. Ex Triuultiorum Comitum insi-
gni familia intelligimus. Georgium Comitem Mag^ci. et
Generosi nri et Sac: Rom. Imperij fidelem dilectum,
Claudij Comitis, qui cum Ser^mis Austriæ Archiducib.
Rudolpho et Ernesto filijs nris chariss. Cubiculari-
um nunc agit, fratrem, Ecclesiastico se statui ad-
dixisse, ut Sanctæ isti Sedi Aplicæ, et coi Reip:
Christianæ intentius inseruiat: Atq; huic eius in-
stituto felicius prosequendo pnominatos filios
nros comendatione ipsum sua sedula, cum Me-
diolano ex suis quendam nobilibus superiori An-
no isthuc delegassent, apud V. S^tem interposita
uiuare contendisse, ut ille à Vra S^te in Sacru
Cardinaliu Collegium cooptaretur: Eorumq; Dilp^bus
tum quidem nonnihil spei de eo fuisse factam.
Quandoquidem igr. Beatiss. pater, eiusdem Geor-
gij nra etiam apud V. S^tem intercessione uiuandi
noie suppliciter compellemur, atq; is pterea Vir
singulari uirtute pditus nobis constanti testi-
monio pdicetur. Nos sane idipsum, quod

in

in eius comodum iamdicti filij nri antea reuerenter pe:
tierunt, à Vra S.tis (siquidem alioquin Comitia Cardina:
lium breui instituere V. S.ti est animus, et ille, eiusmo:
di amplissimo muneri recte et pro sacrosanctæ Ec:
clesiæ sedisq; Aplicæ authoritate presse posse eidem
Vræ S.ti uidebitur) plurimum dum expetimus, uelit
scilicet hoc quoq; pristinæ suæ in nos nrosq; filios
sdictos paternæ gratificandi nobis uoluntatis indiciũ
extare. Quod si à Vra S.ti impetratum nobis fue:
rit, nos filialis nræ obseruantiæ (quam eam per:
petuò prosequimur) et obsequij officijs constanti
animi gratitudine cultũ atq; comemoratũ demere:
ri singulariter apud V. S.tem studebimus. Quam
Deus opt. Max. Ecclæ suæ multos annos feli:
citer superstitem esse uelit. Dat. Viennæ
XXX Nouemb. Anno p. m. D. LXIIII.